viam venerunt, eiq; regium honorem obtulerunt. Quapropter exemplo hujus populì permoti & nos aliquid divinâ adjuvante gratiâ, in honorem regis noſtri Chriſti tentaturi.

I. Ex hac hiſtoriâ, quæ circa regium ipſius ingreſſum contigerint.

II. Quæ in urbe ipsâ, conſiderabimus.

DE I. LOCO.

I. Commovetur tota civitas.

V S V S.

Eſai. 9. Licet Chriſtus verus princeps ſit pa-
Mat: 10. cis, non tamen venit mittere pacem.
Joan. 14. Aliam enim pacem dat, quam mundus,
Phili: 4. nempe talem, quæ ſuperat omnem noſtram intelligentiam.

II. Quærunt, quis eſt hic? &c.

V S V S.

Exemplum ſupinæ negligentiæ in Judæis. Chriſtus miracula ediderat Hieroſolymis. & tamen non cognoverunt eum ex illis Judæi.

III. Reſpondet populus? Hic eſt Jesus Propheta à Nazareth.

V S V S.

Mat. 10. 1. *E*xemplo hujus populi & nos Chriſtum confiteri non erubeſcamus.

2. Vide-